

Georgio
 Gemisto
 Plethone,
 & Bernb.
 Donato.
 Utriusque
 consensus
 monstratus
 a Gabr Bu-
 ratello, Se-
 bast. Foxio,
 ac Jac. Ma-
 zonio.
 Jo. Bapt.
 Bernardi
 Seminari-
 um totius
 Philosophiæ
 Aristoteli-
 cæ & Pla-
 tonicæ.

aliquod publicavit. Gabr. Buratellus edidit Vene-
 tiis Anno 1573. conciliationem controversiarum
 Aristotelis & Platonis, ac Sebast. Foxius, itemque
 Jac. Mazonius philosophiæ utriusque consensum in
 peculiaribus libris pariter monstrarunt. Possunt
 ex his scriptoribus multa peti, quæ ad ipsa spectant
 dogmata; sed si verum fatendum, non habemus
 ullum auctorem, qui Platonis, Platoniorumque
 omnium historiam, vitas, scripta certo ordine con-
 gessit & digessit, quod tamen multum faceret ad il-
 lius doctrinæ illustrationem. Joannes Baptista
 Bernardus, Patritius Venetus, collegit *Seminarium*
totius Philosophiæ Aristotelicæ & Platonice, cujus
 tomo secundo variorum Platoniorum nomina &
 scripta præmisit quidem; sed est hæc notitia valde
 imperfecta, qua res literaria ad Aristotelem perti-
 nens magis exculta deprehenditur. Marsilius Fi-
 cinus tamen de Platone optime meritus est, quem-
 admodum de Aristotele Andronicus Rhodius. Me-
 moratus Jo. Bapt. Bernardus in nominato Aristote-
 licæ & Platonice philosophiæ Seminario præstat
 usum statuæ in triviis collocatæ, ut hærentibus via-
 toribus indicet certum iter. Ducit ille, ac ne ani-
 mum distrahat librorum & interpretum multitudo,
 cum tot disquisitionum circulus seculorum curriu-
 la potius, quam annos aliquot vitæ hominis requi-
 rat, plurima scripta contrahere voluit, quo & Ari-
 stotelicorum dogmata, & Platoniorum arcana in
 compendio feliciter comprehenderentur. Hujus
 & aliorum doctorum virorum sensui credendum
 qui-